UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartoli Consilia, Quæstiones, & Tractatus

Bartolus

Lugduni, 1567

Quædam Baldi, ad materiam testium pertinentis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96124

Visual Library

eſt alia dubitatio, quid erit, ſi quedam cõia erant, forte merces quarũ ſimiles proprias nunq̃ habuerat, quomodo talis culpa poterit eſtimari cũ ad exemplũ ſuarũ teneatur, nec tale reperiatur exemplar, nẽpe ex predictis apparet reſpõſio, videatur em̃ in quo gradu diligentie erat in ſuis rebus, licet res iſta eẽt cõmunibus diſſimilis, in eodẽ gradu diligentie, in cõmunibus eſſe cenſetur. Hoc ex verbis predict. legũ oſtenditur. Dicunt em̃ requiri eã diligentiã, quaʒ in ſuis ſimpliciter, nec ad res ſimiles cõmunibus ſe adſtringit. Si tñ ſimiles res reperiãtur, culpa talis clarius denuncietur, ⁊ quod teſtes haberent dicere facile eſſet. Sʒ qñ ad gradus diligentie recurrimus, eſt difficilis, ſed in culpis ſequentibus declarabitur. Alia etiam dubitatio ſubeſt, cum in rebus communibus incidenter culpa eſtimetur, ſi non adhibet eam diligentiam quã in ſuis adhibebat. Quid em̃ ſi tũc in ſuis nullaʒ diligentiam adhibeat, nec tunc circa res ſuas aliquid feciſſe probari poteſt? Dico, diligentia eſt quedam executio prudentie. Prudẽtia aũt eſt habitus mentis ⁊ ſic cõſiſtit in animo. Sicut ergo poſſeſſio ſemel habita, animo retinetur, ⁊ continuatur, niſi probetur interruptio: ita hac diligentia probata, diligentia anterior ſuis rebus illo tempore adfuiſſe preſumitur. Quid ergo articulandum, quid probandum, patet ex predictis.

ADDITIO.

a T. D. Leuis. Uide Bar. in l. quod Nerua. in verſ. quarto quero, quid eſt culpa. ff. depoſ. ⁊ ibi vide apoſtil. in ver. culpa latior.

123 a LEuior † a culpa eſt deuiatio indeliberata ab ea prudentia, que ineſt diligentibus hominibus, qui ſunt eiuſdem conditionis, ⁊ profeſſionis. Hanc culpam antiqui legum latores, vel noſtri iuris interpretes, per ſpeciem culpe diſtincte a leuiſſima nõ poſuerunt, ſed de ea ſicut de leuiſſima vniformiter iudicarunt, quia igitur inter eas non eſt iuris diuerſitas, antiquorum ſeqñtes veſtigia vno nomine leuiſſimam appellamus.

ADDITIO.

a Tho. D. ¶ Leuior. Uide Bar. in l. quod Nerua. vſ. tertio quero. ff. depoſiti.

124 a LEuiſſima a † culpa eſt deuiatio indeliberata ab ea prudẽtia, q̃ ineſt diligentioribus hominibus, ⁊ diligentiſſimis, q ſunt eiuſdem conditionis et profeſſionis. Et quod dico, diligentibus ⁊ diligentiſſimis, dico ad differentiaʒ leuis culpe, ⁊ de deuiatione ab ea que ineſt diligentioribus. Caius in tit. de act. ⁊ obli. loqñs de cõmodatario, ſic ait, Alias tamen exactiſſimam diligentiã cuſtodiẽde rei preſtare compellitur, nec ei ſufficit eandem diligentiam adhibere quam in ſuis rebus adhibet, ſi alius diligentior cuſtodire potuerit. Et idem Imperator in lib. Inſti. conſtituit de ea que ineſt diligentiſſimis. Adeʒ Caius in tit. commo. ſic ait, In rebus commodatis, talis diligentia preſtanda eſt qualem quiſque diligentiſſimus paterfamil. in ſuis rebus adhibet. Cum ergo receptum eſt in commodato venire leuiſſimã, apparet q̃ deuiato ab ea diligentia, que ineſt diligentibus ⁊ diligentiſſimis, eſt culpa leuiſſima. Ex eo enim qđ dicitur, quiſque diligẽtiſſimus, apparet loqui de diligẽtiſſimo cuiuſque
125 gradus. † Qualiter ergo cognoſcant diligẽtes, diligentiores, et diligentiſſimi, ⁊ qualiter gradus inter eos, vidẽdum eſt: Cuius gratia vnum exemplum intelligibile ponamus, in etate ſenili, q̃ vt noſtri maiores tradiderunt, incipit a ſeptuageſimo anno excluſiue, ⁊ terminatur in centeſimo anno. Illud eſt enim longiſſime vite tempus, ⁊ ſic in ſuperlatiuo. Aſſumamus igitur mediuʒ inter iſta, ⁊ quod eſt lxxxv. dico ergo quod vſque ad iſtud mediũ eſt ſenilis etas, abinde ſupra dicitur ſenior, vſque ad ſuperlatiuum. Abinde intrat ſuperlatiuum, et dicitur longiſſimum vite tempus. Iſta tria cauſa doctrine ponũtur vt ſpecies, et quelibet iſtarum habet ſuos gradus. Nam quot anni, quot menſes, vel quot momenta ſunt in quolibet dictum temporum, poſſunt dici gradus illius differentes ſecundum plus et minus. Ita in propoſito imaginamur terminum a quo diligentia incipit, ⁊ eſt illa communis prouidentia, que communiter omnibus ineſt, quantumcunque rudibus, ⁊ groſſis, poſt illam ſtatim incipit diligentia, ⁊ progreditur vſque ad exactiſſimam diligentiam, que vltra non progreditur. Ille igitur, qui habet diligentiam aliquam aſcendendo gradatim, vſque ad medium totius latitudinis diligentie, ille dicitur diligens, ille vero qui excedit medium vſque ad vltimum terminum ille dicitur diligentior. Ille vero, qui vltimum terminum attingit, ille dicitur diligentiſſimus, ⁊c.

ADDITIO.

a Tho. D. ¶ Leuiſſima. Uide Bar. in l. quod Nerua. ⁊ ibi apoſt. in ver. culpa. ff. depoſiti. ⁊ Bal. in l. ſolam. verſ. Item ſi volo probare. C. de teſtibus.

Quedam Baldi, ad materiam teſtium pertinentia.

In auth. ſed iudex. C. de ſacroſanctis eccleſijs.

a SEd iudex. a Iſta dictio ſʒ, aduerſatur ⁊ corrigit inquantũ lex Cod. dicebat, quod epiſcopus non admittitur ad teſtificanduʒ. Et not. primo, quod iudex cauſe debet ire, vel mittere ad epiſcopum, quando epiſcopus producitur in teſtem. Secundo not. quem decet mittere: quia debet mittere de ſuis, puta notarium cauſe, q2 per eum debent ſcribi acta, qui ſcribere cepit in cauſa, vt C. de ſport. l. j. ⁊ in auth. de heredib. ⁊ falcid. §. ſi vero. Hoc declarat Iacob. But. in l. prima. ff. de offic. proconſ. ⁊ per Barto. in l. ſi vni ex pluribus. alias, Pomponius. ff. de re iudica. Item, quia cauſe continentia non diuidatur, vt in c. ad hoc vnxit nos. extra de ſeqeſt. poſ. ⁊ l. nulli prorſus. C. de iudic. Tertio not. quod teſtis debet dicere id quod nouit, id eſt quod ſenſu percipit. ff. de teſta. l. qui teſtamento. §. fin. et quia veritas in omnem partem eadem eſt: neceſſario ex hoc ſequitur quod debet deponere veritatem pro vtraque parte. Not. quod teſtis debet deponere de veritate, non de credulitate, ⁊ pro vtraque parte. Circa hoc vide que not. Bart. in l. is poteſt verſic. pro declaratione huius de acqui. her. Tu dic quod id, quod quis aſſerit, preſumitur credere. Et que ſit iuſta cauſa credulitatis, vide per Barto. in l. cum quidam. §. j. verſi. item iuſta ratio, de acqui. here. et ita ſeruat conſuetudo ſecundum gl. hic, quam not. ⁊ adde quod dicam in l. proxima, ⁊c.

ADDITIO.

a Th. D. ¶ Sed iudex. Adde quod iſta ſunt verba Bald. in l. nec honore. C. de epiſcop. ⁊ clericis. in verſic. In tex. ibi, ſed iudex. ⁊ ideo caſſaui hic, vt ibi videas.

¶ In l. preſbyteri. j C. de epiſc. ⁊ cler.

1 ☞ Preſbyteri non torquentur pro teſtimonio.

1 a PReſbyteri. † a Preſbyteri ſunt ꝑuilegiati. vt occaſiõe teſtimonij nõ torqueantur, ſed in alijs clericis ſeruatur ius cõmune, ſi falſam tamen dixerint cauſam, puniuntur. h. d.

ADDITIO.

a Tho. Dip. ¶ Preſbyteri. Iſta ſunt verba Bal. in l. preſbyteri. prima. C. de epiſ. ⁊ cleri. idcirco caſſaui hic, vt ibi videas.

¶ Bald. in l. conuenticula. C. de epiſcop. ⁊ cleric.

a COnuenticula. a Proſequitur in lectura huius legis q̃dam que pertinent ad materiam teſtium Baldus ibi, dum dicit, modo venio ad teſtes.

ADDITIO.

a Th. D. ¶ Conuenticula. Iſta ſunt verba Bald. in lect ſua in l. conuenticula. C. de epiſcp. ⁊ cler. in ver. modo venio. ⁊ ideo ſequuntur addi. ad trac. Barto. ſ. dictum, vt j. ſequitur, ⁊ ea propterea caſſaui.

1 ☞ Teſtis debet reddere rationem dicti per ſenſum corporis, qui dicto congruat. ⁊ num. 3.
Teſtis, qui in reddendo rationem dicit, videtur mihi quod poſſedit decem annis, probat. num. 24.
2 Teſtis deponens ſuper his que percepit intellectũ magis quã ſenſu, non probat niſi reddat rationem dicti, etiam non interrogatus.
4 Senſus eſt quid generale ad omnem ſenſum corporis.
5 Teſtis deponens, quia preſens fui, intelligitur, ⁊ intelligens vt probet.
6 Dictum teſtis ambiguum, quomodo declaretur, remiſſiue.
7 Teſtis deponens de valore, rei, ſi deponit de credulitate vel opinione, probat.
8 Teſtis deponens ſuper identitatem rei qualiter habet deponere: ⁊ ibi, ſi de ſanitate, vel infirmitate, etate, vel de ſenectute. ⁊ num. 14.
9 Uerba enunciatiua in teſtibus non probant.
10 Teſtis ſuper qualitate animi deponens qualiter probet.

11 Teſtis deponens ſuper his que curſu temporis mutantur, vt
probet, qualiter deponat.
12 Teſtis qualiter recte probet damnum eſſe datuȝ culpa, vel ne-
gligentia.
13 Articulus diſiunctiuus non admittitur, niſi ſuper facto alieno.
15 Dictum teſtis inſufficiens poteſt confeſſione partis adiuuari.
16 Si nomina rex, vel hoīm ſunt variata, quomodo fiet probatio.
17 Ratio eorum, que ſcripta ſunt in libro rationum, qualiter pro-
betur per teſtes.
18 Teſtis quando videatur repetÿſſe locum, et tempus alias di-
ctum in dicto ſuo.
19 Iudex ex cauſa non adhibet fidem teſti clare deponenti.
20 Fama, qualiter probetur.
21 Copia articulorum an detur parti petenti.
22 Copia interrogatoriorum que fiunt teſtibus, non datur parti.
23 Iudex ſi omiſit examinare teſtes ſuper ſubſtantialibus, publi-
cato proceſſu poſſunt iterum examinari.
24 Teſtis, qui ſemel declarauit dictum ſuum obſcurum, non poteſt
illud iterato declarare.

a
1 **IUxta predictam** [a] materiaȝ q̄ro, † per quem ſen-
ſum corporeum teſtis debeat reddere cauſam ſui di-
cti? dic per illum ſenſum corporeum qui dicto con-
gruit. Nam ſi volo deponere de facto alicuius reddam cauſam
quia vidi, vt l. teſtium. C. de teſtib. Sed quid ſi teſtis in reddi-
tione rationis, vel cauſe dixit, videtur mihi quod x. annis poſſe-
derit Titius, an valeat eius dictū? Dic quod ſic, vt not. Barto.
in l. diui. §. in eadem cauſa. ff. de lib. cau. † Item quid ſi teſtis non
2 reddit rationem ſui dicti, ſed ſolum deponit ſuper his, que perce
pit intellectu magis, quam ſenſu ⁊ rationem non reddit, qui non
fuit interrogatus: Dicit Bar. quod dictum ſuum non valet vt
not. in l. ſciendum. ff. de verborum oblig. ⁊ per eū in conſi. cxiÿ.
quod incip. Commune Lucignani. ⁊ in alio cōſi. vbi ipſe ponit
de teſtibus, qui dixerunt quod viderunt talem ad ſui defenſio-
3 nem feciſſe † ſi velim reddere cauſam de verbo alicuius, dico ꝙ
audiui l. ſepe audiui ceſarem. ff. de offi. preſi. ⁊ de teſtamen. mil.
l. diuus Traianus in fin. Si de ſapore reddam cauſam quia gu-
ſtaui, l. ſi in emptione. §. alia eſt cauſa. ff. de contrahen. empt. ⁊ ſic
4 de ſimilibus ſenſibus corporis, tactu, ⁊ odoratu. † Unum tamē
addas ad verbum, viſus quod illud eſt generale ad omnem ſen-
ſum corporis. Nam dicitur in Exodo. Uidi voces, ⁊c. ⁊ audiui, ⁊
per intellectum vidi, ⁊ habetur iÿ. q. ix. c. teſtes. et de conſe. diſt.
quarta. c. veniſti ad fontem. iuncta glo. in verb. quid videris. ⁊ ſ.
de rei vxo. ac. l. vnic. § videmus. Per hoc poſſet defendi dictū
teſtis volentis probare, quia Titius dixerat iniuriam Marti-
no, interrogatus de cauſa ſcientie reſpondet quia vidit ⁊ inue-
tur quod intelligitur quod viderit, ſcilicet per intellectum cor-
poreum alio ſenſu corporeo, ſcilicet auditu. Simile dicit Bart.
in l. fin. verſi. not. text. qui dicit C. de peric. no. lib. xj. quod ſi te-
ſtis interrogatus de cauſa ſcientie quomodo ſcit, dicit quia teti-
gi cum manibus, licet nō eſſet res tangibilis. quod refertur ad
ſenſum congruum illius rei. Alia vide que ſcripſi in l. teſtium.
C. de teſti. ſed qualiter probetur librum eſſe, vel non eſſe corre-
ctum per teſtes, ⁊ argentum eſſe purum, vel miſtum: vide Bart.
in l. ſi quando. ff. de auro, ⁊ argen. lega. vbi dicit, quod ſufficit ſi
dicat ſe vidiſſe illud argentum ſine miſtione. Idem ſi dicit librū
corruptum: quia vidit. Item ad hoc vt teſtis recte deponat o-
portet quod id ſuper quo deponit ſit aliquid formatum, quod
ſenſu percipi poſſit vt not. per Bar. in conſi. cÿ. quod inc. Cha-
5 riſſime domine ⁊ cetera. † Sed iuxta hoc quero an ſufficiat ſi re-
ſpondeat reddendo cauſam ſui dicti, quia fui preſens, iuuatur e-
nim iuris preſumptione quod viderit per ſenſum corporeum, vt
dicitur ſ. eo. in prima concluſione vbi tangit quod ex vicinitate
probantur vita ⁊ mores Titÿ. domi. Bart. dicit quod ſic, vt ff.
de autho. tu. l. prima. §. fi. Ioan. And. tenet contrarium in c. pre-
ſentiū. extra teſtib. lib. vi. ⁊ hoc dicit Bar. quādo teſtificaꝛ de ſe
teſtem fuiſſe preſentem, quod preſumatur itellexiſſe: ſecus ſi cū
teſtibus teſtificaretur fuiſſe preſentem, quia tunc non ſequiꝛ er-
go fuerunt intelligentes. Adde no. per Bart. in l. furioſo. verſ.
ad hoc reſpō. ff. de re iud. an et quando is qui preſens eſt actui
p̄ſumatur ibi fuiſſe ad hoc. Item dicit ibi Bar. quod qn̄ lex vel
homo precipit aliquid fieri aliquo preſente debet itelligi eo in-
6 telligente, vt dicit in d. l. j. in fin. ff. de autho. tu. † Sed quero pro
quo debet interpretari dictum teſtis ambiguū: declara plenius
per Bar. in l. inter ſtipulantē. §. j. ff. de verbo. oblig. ⁊ per Inn.
7 in c. cauſam que. extra de reſcriptis. † Item not. ꝙ circa depoſi-
tionē valoris rei ſufficit ꝙ teſtis deponat de credulitate, ſeu o-
pinione. qđ itellige, vt no. Bar. ī l. fi. C. de p̄di. ⁊ aliÿs rebus na-
8 ui. lib. xj. † Sed qualiter teſtis debet deponere caute ſuper reco-
gnitione rei ⁊ maxime iterrogatus vtrum ſit ille, qui ſic fecit ⁊
teſtis dicat recognoſcere dicta: interrogatus debet dicere, q̄-
vidit, ⁊ inſpexit factū eius cū tali ſigno, ⁊ cū tali cicatrice, ⁊ ſimili-
bus, vt no. Bar. in l. ſtigmata. C. de fab. lib. xj. ſuper ſanitate cor-
poris, ⁊ quacunq; aliqua re ſuſpecta vel vitioſa recte teſtis red-
dit cauſaȝ de viſu, vt no. Bart. in l. vnica. verſi. not. ꝙ ſicut. C. de
medican. vali. lib. xj. Et idē dicit ibi, de etate vel de ſenectute, de
quo etiā no. plene in ſua repeti. l. de etate. ff. de minor. ⁊ ī l. j. C. de
9 cano. frumen. lib. xj. † Sed nunquid verba enunciatiua in dictis,
⁊ atteſtationibꝰ teſtiū probēt? Dicit Bart. quod non, in quodā
ſuo cōſilio quod eſt quintū in ordine. ⁊ ibi qualiter debet poni
ſuper adulterio. Sed quid, ſi ipſi teſtes dicāt, ꝙ viderunt dictuȝ
Martinū accuſatum percutere an probant ipſum eſſe ciuē, cum
in accuſatione continetur quod ille Martinus erat ciuis: Dic
quod nō, quia eorū dictū coarctatur per rationē, ſcilicet per vi-
ſum loco ⁊ tempore in accuſatione contentis que ratio non po-
teſt trahi niſi ad delictū, ſeu percuſſionē, nec potuerūt videre eū
eſſe ciuē, poſito quod viderent eū ibi habitare. l. ciues. C. de inco-
lis. ⁊ ita cōſuluit domi. Ray. de mōte vrbano ⁊ cū eo videtur te-
10 nere Iac. de Are. in l. ſi preſes. ff. de pen. † Quero, qualiter teſtis
debet deponere ſuper aliqua qualitate animi? Dicit ꝙ debet te-
ſtificari per actus exteriores, quos vidit vt no. Bar. in l. iÿ. qui
in ea cauſa §. diuus Pius. verſ. ex quo nota. ff. de tut. ⁊ cura. da.
ab his. Et circa hoc adde no. in l. poſſeſſio quoq;. §. qui ī aliena.
ff. de acq. poſ. An animus ſit iuris, vel facti, varietas ſignifican-
tis, vel ſignificati in dictionibus grāmaticalibus, que in vulga-
ri nō reperiuntur diuerſitatē habere nō cadit in dictis teſtiū ſȝ
in legibus ⁊ ſtatutis ſic, vt no. Bar. in l. ſi quid eax. ff. de leg. iÿ.
11 ⁊ adde no. in l. ſi quis filiabus. ff. de teſt. tut. † Itē no, caute qua-
liter teſtis dȝ deponere in his, q̄ curſu tp̄is mutantur. Nam ſi di-
cat quod vidit iam ſunt plures anni tales viuere, non ſequeretur
ergo viuūt hodie vt no. Bar. in l. cū lite mortua. verſi. ſed cōtra
predicta. ff. iud. ſol. ad p̄bandū negligentiā ⁊ aliā negatiuā, vi-
de in cōſi. d. Bar. cÿ. incip. chariſſime domine. vbi diffinit negligen-
tiam. qualiter teſtis dȝ deponere. Item ſimiliter qualiter quis
12 dȝ probare diligentiā ſuam. † Sed qualiter debet probari dam-
num eſſe datū culpa, vel negligentia, et qualiter ſit caute articu-
landum, vide Bar. in cōſi quod incip. cōmune Lucignani. ⁊ ibi
etiā dicit ꝙ qn̄ articulus eſt incertus ⁊ dictū teſtis eſt etiam in-
certum quod nō valet teſtificatio illa. Apparet ergo neceſſe eſ-
ſe ꝙ dictū teſtis ſit certū, vt ibi videtur dicere ꝙ eſt notandum.
13 Itē no. † ꝙ nemo poteſt articulare ſubdiſiūctiue, niſi articulus ſit
ſuper facto alieno, in quo eſt probabilis ignorātia vt no. Inn. in
14 c. ex parte, extra de reſcrip. † Item quomodo, ⁊ qualiter probari
debet etas maior ⁊ etas minor. Dic ſup hoc ⁊ not. Bar. in l. de
etate. ff. de minor. ⁊ vide ibi ſuper quibus caute teſtis interroga-
tus reſpōdere non debet, ⁊ qualiter in talibus reſpōdere debet.
Et ibi vide. an ſufficiat teſtem cōprehendere dictum ſuum p ſen-
ſum corporeū, an etiā per ſenſum intellectus. Sed quid ſi teſtis
15 nō recordetur de tēpore. Aduerte ꝙ dictū † teſtis ſi inſufficiēs
⁊ non concludēs, ⁊ ideo fiat vnus articulus quomodo ille contra-
ctus fuit celebratus inter partes, ⁊ ſi partes confitebuntur, tūc
dictum teſtis non probantis tempus adiuuabitur ex tali con-
feſſione, ⁊ fieret valida probatio, vt not. ⁊ maxime per Bart. in
16 l. j. §. ſi quis neget. ff. quemad. teſt. aper. † Sed quid ſi ſunt varia-
ta nomina perſonarū ex aduentu ⁊ volo probare illū eſſe illum
etiam eundem hominem, vel alium eſſe illum, ⁊ eundem fundū,
maxime quando mutata ſunt nomina confinantium. vide Bar.
in l. demonſtratio verſi. vlt mo quero, pone in q. ſi. ff. de condi. ⁊
17 demon. † Sed quero, qualiter redderetur ratio eorum, que ſcri-
pta ſunt in libro rationum: puta ſe aliquem tantum expendiſſe
in tali domo, vide Bar. in l. qui ſub conditione. ff. condi. ⁊ demō-
ſtra. vbi dicit, ꝙ debet ſic articulari. Dico me tantum expē-
diſſe in tali domo, ⁊ quod tantuȝ expēdiſſet quilibet, bonus vir
⁊ ad probationem pretiorum, vide no. in l. pretia rerū. ff. ad l.
18 Falci. † Sed quero an ſi teſtis non reepiloget, ſeu repetat locū
⁊ tempus, alias dictum in dicto ſuo videatur repetÿſſe. puta
erat capitulum: dic, vt no. per Bart. in l. Labeo. de ſupel. lega.
19 † Sed an poſſit iudex ex cauſa non adhibere fidem teſti clare
probanti. vide nota. per Barto. in l. Lucius. ff. de his qui no-
20 tan. infamia. † Sed qualiter probatur fama. Dic, quod teſtis di-
cere debet. Et de predictis eſt publica vox ⁊ fama: interroga-
tus quomodo ſcit, reſpondit, quia audiuit publice dici, ⁊ non di-
cat ꝙ publice dicitur, quia non redderet bonam cauſam, quia
non de auditu ſuo, ⁊ ſic de nullo ſenſu, vt not. Iacob. de Are.
in l. teſtium. C. de teſtib. Ly. conſuluit de facto, ꝙ fama ſit proba-
ta dicendo, quod publice dicitur ſic per leg. iÿ que incip. ſi quis
patremfamil. in princip. ff. ad Macedonia. ibi, ſed quia publi-
ce, ⁊ C. ad Macedonia. l. j. ⁊ ÿ. de quo per Bartol. latiſſime in
21 lege, de minore §. tormenta. ff. de queſtionib. † Sed quero an
debeat dari copia articulorum alteri parti petenti. Uide Inn.
inc.

in c.per tuas.in prin.extra de teſtibus vbi dicit,quod nõ. adde no.I l.ſi duo patroni.§.item Iulianus.ff.de iureiur. Sed quero
22 †quid de interrogatoriis fiendis teſtibus,an debeat dari copia alteri parti? Inn.dicit,ꝙ nõ,in d.c.per tuas, extra de teſti. dicit
23 tamẽ,ſi iudex det nõ peccat. †Sed quid,ſi iudex omiſit examinare teſtes ſuper ſubſtantialibus.Idem Inn.in d.c.ꝑ tuas. dicit quod etiã publicato proceſſu,poteſt pars petere ꝙ examinẽtur.
24 †Sed pone,ꝙ teſtis reddit cauſam congruã in primo dicto ſuo, ſi poſtea in ſubdẽdo reddat incõgruã an probet.Verbi gratia, dicit teſtis,dico ꝙ vidi Titium poſſidere Poſtea interrogatus quanto tempore:reſpondit,ꝙ x.ann vt ſibi videtur.Dic ꝙ probat l.quid tamẽ.§.i.ff.de arb.⁊ ibi per Bar.ſecus ſi dixiſſet in primo dicto,mihi videtur qḋ Titius poſſederit iam ſunt.x. anni,⁊
25 vltra,q; iſtud non valet,vt ibi.†Sed quero,teſtis,qui depoſuit dictum ſuum obſcurum,declarauit ſemel dictum ſuum, an iterũ interrogãdus ſit. Dic ꝙ nõ l.ij.§.qḋ obſeruari. C. de iur.ca.⁊ ꝑ Bart.in l.i.ff.ſi cert.pe. Sed an teſtis examinatus ſuper maleficio,ſeu ſuper inquiſitione,non interrogatus de loco ⁊ tempore, an valeat eius dictum ſi non interrogatur de loco,⁊ tempore,in inquiſitione contentis? Dic quod non quod not.Bar.in l.i.ver ſic.not.ergo,quod quando.ff.de aleato.

ADDITIO.

a T.D.¶Iuxta predictam.Iſte ſunt additio.ad tract.Bar.ſupra di.tum de teſt.

¶De reprobatione teſtium.

a Circa materiã teſtiũ [a] dic ꝙ quidam reiiciuntur ipſo iure. Quidam officio iudicis. Ipſo iure,vt pupillus ⁊ ſeruus illa rõne quia teſtificari non poſſunt:vt C.de teſta l. hac cõſultiſſima. in prin.ff.de teſtib.l.teſtiũ.§. lege Officio iudicis, dic ꝙ quibuſdã cauſis repellatur quis a teſtimonio,q̃ ĩ.ſequũtur.In primis ſi de eo multa mala dicantur:vt in auth.de teſtib.§.ſancimus.Secũdo, q; nõ eſt bone opiniõis, ⁊ fame.Tertio quia pauper vt d.§ ſancimus.⁊ §.ſi vero abſunt. in auth.de hered.⁊ falcid,Quarto cum in aliis ſit malus:ergo in hoc:q; cũ in vno delinquit,omniũ factus eſt reus:⁊ ad Silla l.ſi quis in graui.§.ſi quis quẽ.⁊ c.fratres.de penit.diſtinc.v.Quinto,cũ reus fuerit:ergo adhuc preſumitur:vt C.ad l.Iul.maie l. quiſquis,de proba l.fiue. Sexto quia nõ ſeruat legẽ:que tribuit ius petentibus:ergo nõ debet habere legis auxiliũ,⁊c.quia offerre minus:vt ff.de minorib.l.auxiliũ.⁊ de agric.⁊ cenſ.l.quoties. Septimo,q; huius rei ignarus eſt:ergo verberibus eſt ſubdendus,vt ĩ auth.de teſti.§.ſi vero ignoti.Octauo quia ĩ famis vt ff.de accuſ.l.qui accuſare.⁊ de teſti.l.teſtiũ fides.Nono q; amiciſſimus eſt vt ff.de teſti.l.teſtium.in pricip.Decimo.quia nõ habet in bonis centum aureos.ff.de accuſ.l,nonnullis.Vndecimo,quia ſuſpicionẽ habet maximã cum ſit violentus.ff.de accuſa.l.alij propter ſuſpicionẽ.Duodecimo ſi data vel promiſſa ſit ei pecunia vt C de teſtib.l.ſi quis.Decimotertio,quia malũ teſtimonium in eum tulit vt ff.de teſtib.l.produci Decimoquarto,quia minor eſt xiiij.annis.ff.de teſtib.l.teſtium.§.lege.in fin.⁊ hoc in cauſa ciuili.gl.in verb.ſed nec pupillis.l.inuiti.ff.eod.tit. In criminalibus autem minor xx.annis,l.in teſtimonium in fi. ff.eod.Decimoquinto quia ea que dixit non conueniunt nature vt ff.de teſtib.l.ob carmen.Decimoſexto.quia duo contraria ſimul dixit,vt C.de fide inſtrumẽ.l.ſcripture.ff.de reg.iur.l.vbi repugnantia.Sed in hoc caſu,vbi contraria dicunt non ſunt admittendi,ſed iudex debet veriſimilia videre vt d.l.ob.carmen.in fi.Decimoſeptimo quia nõ reddit cauſam teſtimonij ſui ſiue dicti,vt ff.de liber.cau.l.ſi pariter.§ ij.C.de fide inſtrumen l.ſi res. ff.de tranſac.l.cum hi.§.in cauſa.extra de teſtib.c.cũ cauſam.Decimooctauo,ſi prolixe teſtimoniũ ferat,vt preſumatur quod non recordetur bene vt ff.de Carbo.edi.l.iij.§.finge.Nam ⁊ alibi de tempore dicit lex,quod non poteſt omniũ teneri memoria vt ff. de proba.l.ſi arbiter.C qui teſtam.face.poſſunt.l.hac conſultiſſima.Decimonono ſi teſtes vacillant.ff.de probation.l.in teſtib. Vigeſimo,ſi eſt inimicus.ff.de teſtib.l.teſtiũ.in princip. Vigeſimoprimo ſi teſtis vnum et eundem premeditatum ſermonẽ attulerit.ff.de teſtib.l.iij.Vigeſimoſecũdo,quia damnatus eſt publico iudicio ⁊ non fuit reſtitutus,qui in vinculis,qui cuſtodia publica detinetur,qui cũ beſtiis pugnat,vel ſe vocauerit ad pugnandum.quidam palam queſtum faciunt, et quidam ꝓpter reuerentiam,ff.de teſti.l.teſtiũ.§ lege Iulia.Vigeſimotertio,quedam ſunt perſone,que non coguntur ferre teſtimonium inter ſe, videlicet gener,ſocer, vitricus,priuignus,ſobrinus, ſobrina, ex ſobrino natus,⁊ omnes qui in proximo gradu ſunt, patronus et patrona,vxor patroni,patrone maritus,liberi,et eorum filij, ſponſus etiam generi appellatione continetur.ff.de teſtib.l.lege Iulia.cum l.ſeq.Quidam ſimiliter ſunt,qui inuiti non vocantur ad teſtimonium dicẽdum,vt valetudinarij vel milites,vel qui cum magiſtratibus cauſa reipu.abſunt ⁊ illi,quibus venire non licet qui omnes notantur in l.inuiti.ff.eo Et quidam ſunt alij,vt publicani,Item hi, qui non detrectandi teſtimonij cauſa abierint. Item hi,qui exercitui prebendam cõduxerunt ⁊ pupilli.ff.de teſti.l.inuiti.Vigeſimoquarto,quibus imperari poteſt,⁊ qui ſunt, no.de teſti l.idonei Vigeſimoquinto,q eſt ſeruus, in caſu tamẽ ei creditur.ff.de teſti.l.ſeruus.Vigeſimoſexto , qui ſunt domeſtici,vt C.de teſti.l.etiã.Vigeſimoſeptimo, pater ⁊ filius nec volentes,nec inuiti inter ſe poſſunt ferre teſtimonium,vt C.de teſtib.l.ſi parentes ⁊ liberi,⁊ ff.eo.l.teſtiũ.⁊ extra eod.ti.ſuper eo. ij.iuncta glo.i.preter quam in duobus caſibus,qui ibi dicuntur, videlicet in cauſa grauitatis cauſe,⁊ matrimonij. Et ſuper iſta materia diſtingue,quo aut parentes teſtificãtur ſuper etate filij.in cauſa inter eos cõmuni,⁊ poſſunt Vigeſimooctauo, qui in re propria teſtificat,vt C.de teſti.l.oẽs.ff.e.l.nullus. Vigeſimonono,qui eſt adulterij crimine dãnatus,vt ff.de teſt.l.ſcio quidẽ. Triceſimo,qui eſt crimine repetũdarũ damnatus , etiam hermaphroditus in quo ſexus femineus magis incaleſcat vt ff.de teſti.l.repetundarum Triceſimoprimo,qui falſa , vel varia vel qui eorum dicta partibus referunt,non ſolum iſtis nõ credatur, ſed puniũtur vt ff.de teſti l.qui falſo.Triceſimoſecundo qui ob crimen famoſum damnatus eſt, nec teſtis eſſe poteſt , nec teſtimoniũ dicere vt ff.de teſtib.l.ob carmen.Triceſimotertio,q vindicaturus eſt ſuper alia re.vel qui vouit. Item patroni cauſarum, ⁊ executores vt ff.de teſti.l.ob carmẽ.§.illud.⁊ l. fin. Triceſimoquarto,dicto vnius teſtis C.de teſti.l.iuriſiurandi.in fi. Triceſimoquinto,qui ab exercitu ignominie cã remittitur vt ff. de infa.l.ꝙ ait. Triceſimoſexto,qui artis ludicre cã in ſenam ꝓdierit. vt ff.de infa.l.athletas.Triceſimoſeptimo,qui lenocinium fecerit,vt ff.de infa.l.athletas.§.i.Triceſimooctauo qui preuaricationis cauſa damnatus eſt,vt ff.e.l.i. Triceſimonono, qui vſuras vſurarũ exercuit,⁊ interim fenus exercuit.C.e.l q improbũ C.de infa.l.improbũ.Quadrageſimo,qui furti,vi bono.rapto.iniuriarum de dolo malo damnatus eſt,vel pactus,vt ff. de infa.l. i.C.de infa.l.ij.⁊ l.non damnatos. Quadrageſimoprimo qui eã vxorem duxit,que virum intra tempus lugere noluit.C. de ifa. l.decreto.quamuis hodie caſus iſte non procedat de iure cano. Quadrageſimoſecundo, qui bina ſponſalia eodem tempore vel binas nuptias ſuo nomine exercuit.vt ff.eo.l.i.in fi.Quadrageſimotertio,qui paſſus eſt eum filium , quẽ habebat in poteſtate, eam ducere que nubit intra tempus luctus, vt ff. de infami. l.i. Quadrageſimoquarto, qui conuictus fuerit hereditatẽ expilaſſe.C.ex quib.cau.ĩfa.irrog.l.ſi te expilaſſe. Quadrageſimoquinto,qui in teſtamento patris increpatus eſt. C.illo tit.l. ea que. Quadrageſimoſexto,qui per pretorem fuerit fuſtibus ceſus. C. eo.l.fuſtibus.Quadrageſimoſeptimo, qui improbus et deteſtabilis appellatur.C.eod.l.verbũ precibus. Quadrageſimooctauo, qui ſeparatur a ſacroſancta eccleſia. C. de her.et Mani.l. qm̃. Quadrageſimonono,qui pupilla,vel adultam filio copulauerit. C de interd.ma.l.i. Quinquageſimoprimo q hereticorum vocabulo cõtinetur,vt in auth.Gazaros.C.de heretic. Quinquageſimoſecũdo,q depoſiti tutele,ꝓſocio,mandati noie ſuo damnati fuerint. ff.de infa.l.i. Quinquageſimotertio qui inceſtas nuptias contraxerit,vt ff.eo l.quid ergo §.cum autem. Quinquageſimoquarto,qui deſerto ſacramento venit ad ſecunda vota, vt ĩ auth. eiſdem.C.de ſec.nup.Quinquageſimoquinto,mulier que nupſit in virum,⁊ quando vir nupſit in mulierẽ.ff.ad leg. Iul.de adulteriis.l.cum vir.Quinquageſimoſexto, qui falſam monetam cudunt,et qui adulterinam monetam ſcienter expendunt. qui falſum teſtimonium dicunt vt ff.de teſtib.l. produci teſtis. Quinquageſimoſeptimo,qui prohibetur ſua bona adminiſtrare, mutus,ſurdus,furioſus,mente captus prodigus reprobantur, qui periurus eſt quocunque modo,repellitur,etiã ſi non ſit infamis, quia ſemper preſumitur deierare,vt ff.de accu.l.ſi cui.§. eiſdem. ⁊ ff.de ſenato.l.Caſſius.et generaliter omnes qui reprehenſibiles,⁊ notate opinionis ⁊ obſcure fame cẽſentur,non ſunt in numero teſtium.Quinquageſimooctauo, ſi teſtes iurauerũt abſente parte,contra quã ꝓducuntur,ext.de teſti.c.in nomine dñi. C. e.l.ſi qñ. Quĩquageſimonono,ſi teſtes ſolẽniter nõ iurauerint. xxxv.q.vi.de parẽtela illa.i.extra de teſt.c.nup nobis.C de teſt. l.iuriſiurãdi.Sexageſimo,ſi pars teſtificata didicerit ante apertionem.extra,de teſtibus.c.cõſtitutus.in auth.de teſti.§. qa vero multi. Sexageſimoprimo ſi obſcure depoſuit, et non declarauit extra.de teſti.c.cum clamor ⁊ de teſti.eo.lib.c. preterea. ff.de v. ob.l.in conuentionalibus. Sexageſimoſecundo,ſi nõ fuit lis cõteſt.non valuit teſtificatio nec teſtes ſunt recipiendi,niſi in caſibus,vt lite non cõteſt.c.quoniam frequenter.et ad hoc alias in aut.de teſti.§.⁊ hoc vero,quia.Sexageſimotertio ſi fuerint data capitula,⁊ teſtes nõ depoſuerũt ſuper illis malitia vel negli-

gentia iudicis, extra de teſti.c.per tuas.C.eod.l.j.iuncta gloſſ.in verb.ſoli. Sexageſimoquarto, ſi eſt conſanguineus aduerarij.iij.q.v.c.conſanguinei.⁊ c. accuſatis. Sexageſimoquinto, qui dixit teſtimonium contra te in cauſa criminali.vj.queſtio.j.c.quicunque.xx.queſtio.v.c.ſi quis conuictus,⁊ c.paruuli. Sexageſimoſexto, qui confiteretur de ſuo crimine tangens principale, nõ valet ſed debet de ſuo crimine puniri.extra. de confeſ.c.cum ſuper. Sexageſimoſeptimo ſi eſt particeps eius cauſe.ff.de teſti.l.nullus idoneus. Sexageſimooctauo, non creditur matri aſſerenti ſe pregnantẽ, ad hoc vt mittatur in poſſeſſionem bonorum defuncti per edictum de ventre in poſſeſſio.mit.ff.de ven.in poſſeſſio.mitten.l.j.⁊ de acqui.heredita.l.quidam.

ADDITIO.

a Tho.D. ¶ Circa materiam teſtium. Adde quod hic tractatus non eſt Bartoli ſed do. Jacob.de but.⁊ inci.in Chriſti nomine amen.in c.tractatus quidam ſuper materia teſtium, compoſitus per dom. Jacob.de butr.⁊ circa materiam teſtium dic, quod quidam reijciuntur, ⁊c.

¶ Quibus potius credatur.

Dictum eſt ſupra quibus modis teſtes reijciuntur, nũc dicendum eſt quibus potius credat. Et dicendũ eſt, quod illis potius fides adhibetur q̃ ſunt in dignitate poſiti:⁊ quanto magis in maioribus tanto magis creditur,⁊ Imperatori magis quam preſidi,⁊ ſic de ceteris.C.de teſti.l.teſtium.§.que argumenta, q2 fides teſtis ex eius dignitate approbatur in auth.de teſti.§.ſancimus. Item magis nobili, quam plebeio, magis honeſto quam inhoneſto, magis diuiti quam pauperi, vt ff.de teſt.l.teſtium.in princ. Itẽ magis creditur illis, qui dicunt quod nature negotij conuenit, quã alijs. ff.de teſti.l.ob carmen.

¶ De numero teſtium.

Dictum eſt ſupra quibus potius credatur, nunc de teſtiũ numero. Et vidẽdũ eſt ꝙ vbicunq; certꝰ numerus teſtiũ nõ adijcit tũc duo ſufficiãt, q2 pluralis locutio duoꝝ numero cõtẽta eſſe dz.ff.de teſti.l.vbi numerꝰ. In quibuſdã caſibꝰ tres al's quinq; teſtes requiruntur, vt ĩ mutãda volũtate q̃ p decẽniũ ſtetit.C.de teſtamẽ.l.ſancimꝰ. Itẽ in idiochiro faciẽda, vel priuata ſcriptura.C.qui po.in pig.hab.l.ſcripturas. Itẽ ĩ inuẽtario faciẽdo, in auth.de her.⁊ fal.§.hinc nobis. Itẽ in cõparatione literarũ faciẽda.C.de fid.inſtr.l.cõparationes. Itẽ ĩ caute deponẽdo.l.in priuata ſcriptura depoſitarij, qñ confitetur apud ſe depoſitum in auth.de inſtr.caut.⁊ fid.§.ſi quis igitur ⁊ §.ſed ⁊ ſi quis. Item in inſtrumento, in quo mulier cõfitetur ſe per fideiuſſorem aliquid accepiſſe.C.ad Velle.l.antiq. Item in quibuſdam caſibus quatuor requiruntur ab eis, vt in predictis exemplis apparet. In quibuſdam quinque vt in codicillis faciendis.C.de codic.l.fin.in fi. Item in contractu excedente libram auri celebrato in ciuitate.C.ſi cer.pet.auth. ſed nouo iure. Item in libertate per epiſtolam vel inter amicos data, vel inſtrumento manumiſſionis reddendo.C.de lati.lib. tol.l.vnica.§.ſed ⁊ ſi quis inter. Item in confeſſione creditoris dicentis ſibi ſolutum eſſe.C.de teſtib.l.teſtium. Item in teſtamentis, in villis celebratis.C.de teſta.l.ſi.verſ.ſin autem in illo. Itẽ in teſtamentis tantum inter liberos conditis, vbi qualitercunq; cõfectum valeat.C.de teſta.l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.⁊ C.famil.erc.l.ſi. Quandoque ſeptem, vt ff.de diuort.l.nullus diuortium. Item in accuſatione ſubdiaconi, acolythi, exorciſte lectoris, oſtiarij Romane eccleſie, vt in decre.ij.q. v.can. preſul. Item in teſtamentis in ſcriptis, vel ſine ſcriptis. Inſti.de teſta.§.fin.C.qui teſta.face.poſ.l.hac conſultiſſima. Quandoque octo, vt in teſtamento ceci in quo non fuit notarius. C. qui teſt.face.poſ.l.hac conſultiſſima.§.ſed quia tabulariorum. Quandoque vndecim vt in accuſatione eius, qui militarẽ annonam defraudauit.C.de eroga.mili.anno.l.iubemus per hanc.lib.xij. Quandoque xv. vt in ſubrogatione prepoſiti ſacrorum ſcriniorum. C.de prox ſacr.ſcrin.vnicuique. Quandoque xxvij. vt in accuſatione diaconi Cardinalis. Quandoque requiruntur lxiiij. vt in accuſatione preſbyteri Cardinalis. Quãdoque requiruntur lxxij. vt in accuſatione epiſcopi Cardinalis. Sed teſtes ⁊ accuſatores ſine aliqua ſunt infamia, vt in decr.ij.q.v.can.preſul.

¶ In quibus caſibus debent rogari.

Dictum eſt ſupra vbi certus numerus requiritur, nunc in quibus caſibus rogari debent. Hic breuiter in omnibus caſibus, in quibus incertus numerus requiritur ibi rogari, excepto in codicillis in quibus nõ eſt neceſſe, vt rogatio fiat.C.de codi.l.ſi.§.vlt.in alijs debent rogari.C.de teſti.l.teſtium.⁊ in auth.rogati, vt in teſtamentis.

¶ De interrogationibus teſtium.

Vidimus ſupra de numero teſtium, ⁊ in quibus poſſint rogari nunc videamus qualiter debeant interrogari. Dic, quod interrogandi ſunt de preſentia, et vtrũ interfuerunt ipſi teſtes maleficio perpetrato, vel alij cõtractui, necne. Item, de viſu, auditu, loco, ⁊ tpe, de nocte, vel die, tpe nebuloſo, vel claro, de menſe, die, et anno. Item qui, et quot interfuerunt contractui. Itẽ ſi cõtrahentes erãt ſtãtes, et ſedẽtes cũ cõtraxerunt. Itẽ ſi ꝓpoſuerũt, ⁊ ſi cognouerũt ſigna, ſi preſtitit patrocinium huic cauſe, ſi eſt amicus, vel inimicus, cognatus vel affinis, ſi fuit mediator, vel cognouit eũ, cõtra quẽ producit. Itẽ ſi fuit rogatus, vel trãſiens hoc vidit. Itẽ, ſi impubes, vel ſeruꝰ, decurio, vel plebeius, libertus, aut ingenuus. Si ad dicendũ teſtimonium pecuniam acceperit. Si damnum, vel emolumentum ad eum ſpectat. Item, ſi ſimul viderunt, ⁊ interfuerunt cõtractui. Item, ſi fuerunt inſtructi, vel rogati vt taliter dicerent. Item, de credulitate, ⁊ ſcientia, ⁊ ſimilibus circunſtantijs extra de teſtib.c.cum cauſam.ij.q.j.in princ.c.in primis.extra de teſtib.c.licet.iij.q.ix.in c.nihilominus.⁊ c.pura, ⁊ ſimplex,

¶ Quedam forma circa teſtes, de officio iudicis circa quaſdã queſtiones ad ipſos pertinentes.

Et in primis teſtes preſente altera pte duci debẽt, vt
iurẽt vt extra de teſti.c.in noĩe dñi. Item ſuf-
1 ficit ſi iurent altera pte citata, lz ſit abſẽs per
contumaciam extra eo.c.j.⁊ C.de teſtib.l.ſi quis
§.ſed cum minime. † Et debẽt iurare preſentibus partibꝰ, ꝙ dicẽt veritatẽ p vtraq; parte
nec p̃ce, vel dolo, ⁊ odio vel amore negabũt veritatẽ, vel admiſcebũt falſitatẽ. C.de teſti.l.iuriſiurãdi.xxxv.q.vj. de parentela.
Itẽ teſtes ſunt alẽdi expẽſis pducẽtis.iij.q.j.c.victꝰ.C.de teſti.
l.qm̃ liberti. Item, ſi teſtificata didiciſti non poteris de cetero
teſtes producere ſuper eiſdem articulis, extra de fide inſtr.c.cũ
Joannes. extra de teſtib.c.cauſam que vertitur. et c.fraternitatis.in auth.de teſtib.§.quia vero multi. Item, ſi teſtes produxiſti, non habebis quartam productionem niſi cum ſolẽnitate legali quam habes. extra de teſti.c.ſi.⁊ c.licet.in auth.de teſti.§.
q2 vero multi.⁊ dz iurare ꝙ nullo modo didicit teſtificata, et ꝙ
maliſtioſe non facit, ⁊ ꝙ eos primo habere non potuit, vt ibidem
2 dicitur. † Item ꝙ vna debet eſſe dilatio de iure communi, intra
quam debent dari tres productiones, extra de teſti.c.in cauſa,
⁊ c.ſignificaſti.⁊ C.de dila.l.j.tñ de conſuetudine generali dãtur
dilationes tres, ⁊ quarta cum ſolennitate, que eſt optima legũ
interpres extra de verbo.ſignificatio.habere. extra de conſue.c.
cum dilectus.ff.de legi.l.ſi de interpretatione. Itẽ quero quid
ſi teſtis obſcure dixit, vtrũ poſſit illud declarare? Dic quod ſic.
ff.de preto.ſtipu.l.in pretorijs.ff.de iudic.l.ſi quis intentione.
C.de legi.l.imperialis.extra de teſtib.c.cum clamor. Item, teſtis
ſynodalis, ſi errat poteſt ſe corrigere incõtinenti, extra de teſtib.
cog.c.preterea. Item queritur nunquid iudex poſt publicationem ſi cognouerit teſtes male depoſuiſſe, poſſit iterum examinare, ⁊ punire, ſi opus fuerit.iij.q ix.c.nihilominus.ff.de queſtio.repeti.extra de teſtib.c.cum clamor ⁊ c.preſentata.C.de teſtib.l.fin. ⁊ ſic primo ad aliud duces ipſos teſtes, extra de te-
3 ſtibus cap.cauſam.⁊ c.veniens.⁊ c.preſentata. † Item queritur
vtrum iudex ex officio ſuo poſſit, ⁊ debeat compellere teſtes venire, ⁊ deponere. Dic ꝙ ſic, C.de teſtibus.l.ſi quando.nec vltra
xv.dies ipſos detinere debet ĩ iudicio.vt d.l ſi quando.ff.de ta.
exhib.l.iij.§.exhibere.extra de vſuris.c.tuas.⁊ c.dudum. tamen
ſecundum Canoniſtas, hoc non procedit in criminalibus.extra
de teſti cog.c.dilectorũ.iij.q iij.c ſi teſtes.§.qui intẽdit nec
ſi agit ciuiliter, poterit literas habere quod teſtes cõpellantur
in criminalibus, extra de teſti.cog c.peruenit. Item no.ꝙ effrenatam multitudinem teſtium non debet pati iudex produci.C.
de teſti.l.j.§.quãquam.extra de teſtib.c.ſignificauit.⁊ nu.40.ex
4 tra de teſti c.cum cauſam. † Item quero vtrum lite cõte. poſſint pro-
duci teſtes? Dic, ꝙ non, extra, vt lite non conte.c.quoniam frequenter, ⁊ c.ad hec Deus.in auth.de teſtib.§.⁊ hoc vero quia.⁊
§.ſi vero.niſi in caſibus in quibus poſſint produci etiam lite nõ
conteſtata, vt puta ſi timetur de morte teſtium, vel abſentia diuturna, ⁊ ſenes, ⁊ valetudinarij.⁊ intra annum annunciabitur
parti, contra quam ſunt producti, alioquin non valet. Pro hoc
faciunt omnia iura proxima ſ.alleg.ſcilicet c.quoniam frequen-
5 ter.⁊ c.ad hec Deus.⁊ d.§.⁊ hoc vero quia.⁊ §.ſi vero. ¶ † Item
quero, vtrum teſtes debent reddere cauſas dicti ſui? Dic ꝙ ſic,
ſi ſint interrogati.C.de teſtib.l.j.⁊ l.ſolam.⁊ vij.q.iij.cap.Joan.
Si autem nõ fuerint interrogati, valet eius teſtimonium extra
6 de ſent.⁊ re iudic.c.ſicut nobis. ¶ † Item quero, quando mulier
teſtis

teſtis eſſe poſſit. Dic ſecundū leges in omni cauſa teſtis eſſe po-
teſt,exceptis teſtamētis. Inſti.de teſti.§.teſtes.xv.q .iij.c.decer-
nunt. Sed ſecūdum canones in cauſis criminalibus non poteſt
eſſe teſtis.extra de verb.ſig.c.forus xxxiij.q.v.c.mulierem iuncta
glo.in verb.nec teſtis. In ciuilibus ſic, maxime in matrimonio,
extra de teſti.c.cum literis.⁊c.quoniam aliqua. Item ſcire debes
quod poſtquā renuntiaſti productioni teſtium, debes proteſta-
ri vt tibi ſalue ſint exceptiones opponende tam contra dicta te-
ſtium,quā contra ipſos teſtes,dicēdo,ꝙ intendas aliquas exce-
ptiones opponere, ⁊ ſi talē proteſtationē nō feceris,nō poteris
poſt aperturam dictorum teſtium aliquid contra ipſos,nec ipſo-
rū dicta opponere,niſi de nouo veniſſet exceptio in notitia. Et
ſi diceret actor. Imo mei ſunt primo recipiēdi,quia habeo onus
probationis ⁊ priuilegiū,qui prior appellat,prior agat.ff.de iu-
dic.l.qui prior.⁊ de probationibus.l.ei , qui extra,de ordi.cogn.
c.cum dilectus. Reſpōdeat aduocatus, Imo mei ſunt primo re-
cipiendi. C. de inoffic.teſtam.l.liberi.in ſi. de proba.l.circa eum.
de ferijs.l.ferie.de reg.iuris.non debet. Sed totum hoc habet iu-
dex terminare ex ſuo officio,vt videat ſi actor dicatur,vt nō pro-
ducat,vel vt impediat, vel ſi vere vult producere. Ad hoc ff. de
rei vend.l.in fundo.in ſi.⁊ videat ſi periculum eſt in mora. Vbi nō
poteſt ſeruari regula de rigore iuris.ff.de offi.procon.l.aliquan-
7 do.⁊ ſimil. ℂ† Item queritur,vtrum teneatur producens dice-
re ſuper quo capitulo vult teſtes producere, ⁊ hec in ſcriptis fa-
cere redigi. Videtur quod ſic,quia ſi vult probare inutile,nō eſt
audiendus C.de proba.l.ad probationem.ij. Item debet hoc di-
cere,⁊ predicere, vt ſciatur vtrum velit quid tale probare quod
ſit admittendum,quia non omnia debent probari.ff. de pet.her.
l.ſi quis libertate. vltra medium. C. qui legitimam perſonam.l.
momentanee.poteſt reſpondere aduerſarius tibi non dico quia
tibi non probo,ſed iudici probo, ⁊ fidē facio,⁊ ei dicam ſi debeo
dicere.ff.de proba.l.quinquaginta.C.de cōdi.ob turpem cau.l.j.
hic qui petit.ſic reſpondet,ſi debes dicere,iudex dicet mihi,quia
in iudicio nihil occultum,nihil coopertum eſſe debet. Preterea
iudex neſciret, vtrum eſſet vtile, vel inutile, ⁊ merita negotio-
8 rum.⁊c.C.ſi per vim,vel alio modo.l.fina.† Vel vltimo dic quod
debet hoc dicere coram iudice audiente parte aduerſa,vt poſſit
contradicere, ſi habet cauſam cōtradicendi. Item videtur, ꝙ
id ſuper quo teſtes producuntur,debeat in ſcriptis redigi,quia
producens poterat ſecunda,⁊ tertia die dicere hoc non dixiſſe,⁊
ſic dabitur materia negandi verum , ⁊ probandi falſum,vt ff.de
eden.l.j.§.editiones.⁊ ibi plene not.⁊ reſpondeat aduerſarius,
ſufficit,quod ego verbo tenus dico,⁊ ſic nō teneor facere ſcribi,
vt ff.de edē.l.j.§.edere. Iudex ex officio ſuo faciet ſcribi per p-
ſonam publicam ne veritas poſſit deperire. ff.de teſtib.l.curēt.
C.de fide inſtrum.l.plures.⁊ hec locum habent in omnibus que
dicuntur a partibus in iudicio,extra de probat.c.quoniam con-
tra falſam ff.de probat.l.quoties.interrogationes dentur ergo
in ſcriptis ⁊ in actis probandi, ⁊ iudex,cauſam videat diligen-
ter, ⁊ quod eſt illegitimum dimittat, deinde det dilationem ad
producendum ſeruata doctrina.C. de dilatio.l.j. Item quero,
9 † vtrum quis cogatur dicere numerum,⁊ nomina teſtium. Dic,
quod nomina teſtium quis nō tenetur dicere abſolute niſi eſſet
conſuetudo loci vel niſi appareret quod fraudulenter quis ſub-
ticeret ⁊ ſuper eis inſtrueretur aduocatus vtriuſq; partis ff.de
excep.l.nō ex omnibus.C.de poſtul.l.penul.finita dilatione ve-
nient teſtes,⁊ ille contra quem producūtur,cognoſcet eos,quia
teſtes debent eos cognoſcere, contra quos producuntur. C.de
iure delib.l.fin.§.j.⁊ ibi not.

Qualiter exceptiones opponantur teſti,⁊ quid in ipſis
exceptionibus fieri debet?

DIc, quod ſi teſtes producunt contra te,⁊
eis potes obijcere aliquam exceptionem illarū
exceptionum,propter quas teſtes ſubmouētur,
vt qui ſeruus, vel inimicus,⁊c.obijcies dicendo,
dico talem teſtem cōtra me introductum teſtem
eſſe non poſſe,propter talem cauſam,⁊ ſic non eſt admittēdus,
vt ff.de teſtib.l.j.§.adhiberi.habebit reſpōdere pars,imo admit-
1 tendi ſunt. ℂ† Et vtrum cauſa illa vera ſit,diſputationi ſeruabi-
tur,vtrum ſint admittendi necne:reſpōdeat aduocatus partis,
contra quam producuntur teſtes,iſti teſtes nō debent recipi ſu-
per cōditione, quia actus ille legitimus eſt. C.de ſentē.que ſine
cer.quantit.l.penulti.ff.de reg.iur.l.actus. Ad hoc reſpō.ſi con-
ſtat,quod non poteſt eſſe teſtis,nō debet recipi,vt d.l.j.ff. de te-
ſtibus.⁊ quia ſuperfluis exceptionibus, ⁊ ſuperfluo iuramen-
to non eſt quis grauandus. Si vero non conſtat, ſed incontinē-
ti vult facere fidem, quod non poteſt eſſe teſtis, recipienda eſt

ꝓbatio ff.ad exhib.l.iij.§.ibidem.ff.ad Treb.l.ille,a quo.§.ſi de
teſtamēto.⁊ ibi no.extra de teſti.c.veniēs.ij.extra de reſti.ſpol.
2 c.literas.vltra mediū. ℂ† Recepta probatione ſi iudex pronū-
ciabit recipiēdos teſtes eſſe,appellet ille,cōtra quē teſtes ꝓdu-
cuntur.ff.qui ſatiſda.cog.l.arbitro.arg.contra quorū appel. non
re ante ſententie. Si vero pronuncietur non eſſe recipiēdos,ap
pellet ille qui ꝓduxit,ſi vult de iure canonico,de iſta appella-
tione cognoſcit, ⁊ ceſſabit interim cauſa ꝑncipalis iure eccleſia
ſtico,⁊ ſi incontinenti nō vult eos reprobare, recipiātur ſeruato
in tēpore diſputationis quicquid ⁊ inquātū debet eis credi, vt
C.de teſtib.auth.ſi teſtis productus.ff.de tut.l.mutū §.j. Cū ve
ro cōſtet teſtes recipiendos,dicat ille,contra quē producti ſunt
volo facere libellū,⁊ interrogationē meā cōtra teſtes,quos vis
producere:quod vſu magis eſt approbatum,quam lege cautum.
3 ℂ† Quid ſi teſtes dubitant,vel vacillant? Non valet eorū teſti-
monium extra de appel.c.ſolicitudinē.quia quaſi cōtra ius eſt,⁊
dubitare,⁊ vacillare,idem ſignificant. C.de acqui.poſſeſ.l.nemo.
4 ℂ† Quid ſi teſtis dicat neſcire diē,vel horam,vtrū ipſius teſti-
monium valeat? Dic quod ſic.ff.de accu.l.libellorū.niſi negotiū
eſſet tale,in quo requireretur ſciētia diei,vel hore.ff.quod vi aut
clam.l.aut qui aliter.§.j.dicitur,quod ſi denūtiatum fuit nouum
opus quod debet poni in inſtrumento denūtiationis dies ⁊ ho
ra diei,vt C.de contrah.⁊ commit.ſtip.l.penul.⁊ etiam in caſu in
quo qui prior eſt,potior eſſet vel vbi,⁊ de quo poſteriores dero-
gant prioribus.ff.de legib.ſed ⁊ poſteriores ff.loca.⁊ condu.l.in
5 operis.ff.de pig.l.ſi.fundus. ℂ† Quero,vtrū debeat dari copia
interrogatoriorum parti, contra quam producitur, cum in ſe-
cretum ſit dandum iudici, quia ſi pars ſciret, teſtem inſtrueret?
Reſpon.ſi tales interrogationes cōtinēt queſtiones ad deſtru-
ctionē teſtis ſecretū ſit omnino,vt dictū eſt. Si vero queſtiones
ad probandū intentionē,vel exceptionē illius cōtra quē produ-
citur,⁊ tūc dāda eſt copia ad hoc,vt ſeruetur equalitas. Et iſtud
interrogatoriū,de quo ſupra eſt facta mētio fiet,ſi cōſuetudo eſt
loci,vel fori quod poſt aperturā interrogātur ad poſtulationem
illius,cōtra quē producuntur,ſatis eſt quod fiat tunc interroga-
toriū,poſt aperturā.ſi nō eſt cōſuetudo loci oportet quod fiat an
6 te. ℂ† Queritur,quid ſi teſtis dicat aliquod verbū ambiguū,vel
obſcurū ad poſtulationem alicuius? Dico quod tale verbū am-
biguū interpretabitur per iudicē,vel per teſtē ex ſuo officio.ff.de
reg.iur.l.i ambiguis.⁊ l. Heredes.⁊ ff.de teſta.ff. qui teſta.face.
poſ.l.heredes.§.j. Si vero nō dixit verbū ambiguū:ſed dixit ali
quid,ſuper quo ille cōtra quē producitur non potuit eſſe inſtru
7 ctus dico adhuc ipſum teſtē eſſe interrogandū. ℂ† Quid ſi iu-
rauit ⁊ adhuc nō eſt datus libellus. Reſpō.dabit poſtea,⁊ dif-
feretur ſcribi dictū teſtis quouſq; ſit factus libellus. Sed quātū
expectabit teſtis? Reſpō.forte per quindecim dies.C.de teſt.l.ſi
quādo. Sed cuius expēſis interim? Dic producētis. C.de teſt.l.
quoniā.de appel.l.eos. Vel dic,ꝙ ſi quid eſt quod ei imputetur
qui debet ferre libellū,ipſe interim faciet expenſas,⁊ deſidie pe
nam luat.C.de po.l.ſi.in ſi. Quid ſi erat teſtabilis eo tēpore quo
iurauit, ⁊ inteſtabilis eo tempore quo ſcribitur? Dic ſpectari
tempus iuramenti.C.de teſt.l.teſtium.in prin. Vel dic tempus
quo ſcribitur.ff.de teſta.milit.l.antepen.vel diſtingue cuius do-
lo:vel culpa fuerit dilatum tempus.ff.de mino.l.intra vtile.j.re
ſpon.ff.de excuſa.tuto.l.ſed ⁊ reprobari.⁊ C.ad leg.Iul.ambi.l.
8 vnica ℂ† Item quero,vtrum dicta teſtium debeant aperiri ab
ſente parte,maxime parte , contra quam teſtes producuntur?
Dic ꝙ non,niſi abſens eſſet per contumaciam. ff.ad leg.Iul.de
adulte.l.ſi poſtulauerit.§.queſtioni intereſſe.ad hoc,vt predicta
pars poſſit proteſtari contra perſonas,⁊ dicta teſtium, vt extra
de teſti.c.preſentium. Quid ſi nō reperiūtur interrogati de om-
nibus interrogationibus factis,⁊ approbatis. Reſpon.interro
gentur,vel iudex,vel tabellio,qui pretermiſit,reſarciet. ff.de iu-
dic.l.non quicquid. §.iudex ſi quid. Quid ſi pars requiſiuit
teſtes intra tempus vt teſtificarentur,⁊ ideo forte ſuccubuit,quia
non teſtificati fuerunt. Dic ꝙ imputabitur volenti eos produce
re.ſi nō fecit eos dicere,cū per ipſum remāſit quin faceret eos co
gi.ff.de tab.exhi.l.locū.§.hoc interdictū.⁊ hoc ſiue cauſa ciuilis,
ſiue criminalis ſit.C.de teſt.l.ſi qñ.ff.eo.ti.l.j.§.adhiberi. Quod
verū eſt,ſi non fuit petitū a iudice,ſed ſi petitū fuit.⁊ ipſe iudex
recuſauit.tūc iudex reſarciet dānū.ff.de mag.cōue.l.j.ff.de dam.
infe.l.iiij.§.pe. Sed nūquid teſtis,qui noluit iurare tenebitur. Di
co ꝙ ſic quia teſtificari,publicū munus eſt,vt ff.quemad.teſt.aper.
l.cū ab.⁊ l.ſi quis ex.ideo debet dānū reſarcire.ff.de admi.tu.l.qui
9 dā.in ſi.⁊ l.tutor.C.de excu.tut.l.quanquam in tutela. ℂ† Que-
ro,quid ſi teſtes ſunt producti ⁊ publicati,⁊ eorū dicta ſunt ad
miſſa? ſic diſtingue. Si quidem apud iudicem ſunt admiſſa vel
apud publicam perſonam vel aliter , ipſe reſarciet damnum , ⁊
grauiter punietur.C.de appella.l. ne cauſa. que.⁊ de teſtib l.ſi
quando. Si apud illum,contra quem ſunt producti iterum pro-

ducantur, ne poſſit obĳcere propter vicinū ſuum, vt quia ſemel
ſunt producti, ⁊ ad hoc ff. ſi quis omi. cau. teſt. l. quia autē. §. non
ſimpliciter. Si autem apud illum qui produxit, videtur, ꝙ im-
putet ſibi, ⁊ quod iterum non detur ei facultas producēdi: quia
ſi daretur materia, ⁊ occaſio delinquēdi, ⁊ fingendi ſe admiſiſſe
⁊ producendi iterum, ⁊ ſubornandi, ⁊ materia peccādi auferēda.
ſi. de iureiur. l. aut pretor. §. j. ⁊ de eden l. j. §. editiones. Si ꝓbet
ſe euidenti caſu admiſiſſe, producet iterum, vt ff. de eden. l. ſi qs
ex arbitris. §. fin. ⁊ l. ſequē. Videtur tamen, ꝙ in primo caſu poſ-
ſit ꝓducere, quādo ſtetit per iudicem, qꝛ periculoſum ei eſſet li-
tigare cum iudice, ⁊ probare intereſſe eſt difficile, vel ad minus
per beneficiū reſtitutionis ex illa clauſula generali ſi qua mihi
iuſta cauſa. ⁊c. vel ex illa ſpeciali, ⁊ perpetuo. Sed quomodo pro
babit damnum. Dic. forte ſacramēto illius qui produxit teſtes,
10 vt ff. quod vi aut clā. l. ſuper. §. hoc. C. vnde vi. l. ſi quis. ¶ †Sed
quero vtrum ille, qui teſtes produxit, teneatur reſpondere poſi
tionibus factis per illum, cōtra quē teſtes ſunt producti ſuper
dictis teſtium, vel ſuper perſonis eorum, vt quia ponat qd̄ di-
ctum eorum nō tenet, quia varia dixerunt, ⁊c. vel quia ſunt infa
mes, ⁊c. Dubitatio huius queſtionis eſt, quia poterit dicere ꝓ-
ducens, nō teneor accuſare teſtem meum, nec indicare turpitu-
dinem ſuam, vt C. vt nemo inui. ag. l. vnica. Sꝫ illud habet locū
quando principaliter ⁊ ab initio criminaliter quis cogitur. Sed
cum quis admitteretur ad probandum cauſam remotionis, er-
go ⁊ per quēlibet legitimum modū probationis. Sꝫ poſitio eſt
legitimus modus probationis, ergo omnimodo tenetur reſpō-
11 dere. ¶ †Itē quero, qd ſi aliquis volebat quod quis ferret te-
ſtimonium pro eo, ⁊ eum cum duceret ad teſtimoniū dicēdū, te-
ſtis iſte libenter volebat iurare, dixit ⁊ exclamauit coram omni
bus dicēdo, Domine iudex, de iſto facto nihil ſcio quod ipſe di
xit, ⁊ videlicet producēs ⁊ hic producēs ſemp preſens erat, vtrū
amplius eum inducere poſſit. Dubiū eſt, quia teſtificata didicit
⁊ ſic videtur quod eum vlterius producere nō poſſit Sed cōtra
rium puto, quia differētia eſt īter teſtificata ⁊ teſtificāda. Teſti-
ficata dicuntur, cum teſtes teſtimoniū dixerunt ⁊ eorum dicta ī
actis redacta, ⁊ poſt aliqua partiū didicit teſtificata. Teſtificā
da ſunt, q̄ nō ſunt dicta, ſed dicēda, ſed quod hoc ſit verū, auth.
12 at qui ſemel produxerit. C. de prob. hoc euidēter ꝓbat. ¶ †Que
ro vtrū poſtquā pars didicit teſtificata poſſit ſaltē teſtes indu-
cere ad corroborandū eorū dicta. Et videt, ꝙ ſic, vt aut. de teſti.
§. quia vero multi. Sed cōtrariū puto, ⁊ ſic ſe habet cōſuetudo.
Sed nunquid poſtquam pars didicit teſtificata, poſſit teſtes ī-
ducere ad reprobandū teſtes Videtur, qd̄ non, quia teſtificata
didicit. Contrariū puto vt cum velit dicere pars quod ſint cri-
minoſi ⁊ infames, ⁊ ſi ſciui eos ab initio infames, vel criminoſos
eſſe ſi tñ ab initio proteſtatus fui de iure meo, ⁊ eius q̄ſtio ſerua
ta eſt poſtea: ⁊ predicta probat auth. ſi teſtis productꝰ dicatur.
13 C. de teſti. ⁊ l. ſi quis teſtibus. †Sꝫ vbi a ꝓncipio ſciui teſtes eſſe
infames: ⁊ criminoſos dū producerētur: ⁊ nihil dixi preiudica-
ui mihi: ⁊ ita do. Iſo dixit: vt audiui. Sed ſi velim reꝓbare di-
ctū teſtis: ſemper teſtes poſſuꝫ producere: vt in auth. de teſti. §.
qꝛ vero. Sed decretalis dicit: ꝙ ſi nihil ab initio proteſtatꝰ fui,
nec aliquid dixi: ꝙ poſt publicationē poſſum dicere criminoſos
vel infames: vt in c. deniq. extra de exce. in gl. in verb accuſati. i
ſi. ex. de teſti. c. preſentiū. Sꝫ nūquid aliqua pars poſt publica-
tionem pōt aliquas interrogationes facere a teſtibus aduerſe
partis: per quas aliquid probet. Et videt: ꝙ ſic: ⁊ ī hac opi. erāt
multi do. ⁊. Bono. Sꝫ cōtra: dico: ꝙ poſſit cauſam ſui dicti explo
rare: ⁊ ſentētiā ſuā mutare: ⁊ vitiare: vt ff. de teſtamē. l. heredes.
⁊ ꝺ her. inſtit. l. aſſe. ſu nouo tñ cap. ⁊ de nouo emergente: bene
poſſunt fieri interrogatiōes: ⁊ teſtes induci: vt C. de teſti. l. ſi qs.
14 ⁊ extra de teſti. c. fraternitatis. ¶ †Quero: quid ſi renunciatum
eſt teſtium productioni: teſtificata tamē nō didicit, vtrū poterit
non obſtante renūtiatione teſtes producere. Credimus: ꝙ ſola
renunciatio non facit: ꝙ teſtes vlterius non poſſint ꝓduci: ſed
ſcientia dictorum teſtium: vt in auth. de teſtib. § quia vero mul-
ti. ⁊ C. de iud. auth. iubemus. non enim poteſt: poſtquā teſtifica-
ta didicit: teſtes producere: vt C. de prob l. at qui ſemel. ⁊ ff ꝺ rei
vendi l. officium. Sed quidā dicūt: ꝙ auth. corrigit leges iſtas:
⁊ omnes alias que hoc dicunt: ſed hoc nobis dicere non placet
Sed domino meo viſum eſt diſtinguendum: vtrum quid produ-
xerint teſtes extra iudiciū: vel in iudicio. Si extra iudicium di-
dicerit teſtificata ſuorum teſtium: non fiet ei preiudicium: ſed ſi ī
15 iudicio produxerit locum non habet hec authent. †Item pone:
quod teſtis dixit ſe male dixiſſe. Vel pone: qd̄ teſtis dixit aliud
coram arbitro: ⁊ aliud coram iudice: quid erit hoc caſu faciendū
Et dicit: quod vltimo dicto ſtetur: ⁊ puniatur: vt falſarius. ff.
de teſtibus. l. qui falſo. quod vltimo dicto ſtetur: facit ff. de queſt.
l. repetita. ⁊ in authen. eo. § ⁊ licet dudum. ff. de inoffic. teſtam. l.
is: qui admittitur. Alĳ dicunt: ꝙ primo ſtetur: quia preſumitur:
quod corruptus hoc dicat. Ego neutrū dico, nec credo ⁊ ita de
facto ſeruatur Bono. Sed pone quod teſtis dixit teſtimonium
⁊ notarius cauſe ſcripſit, ⁊ dum notarius legit dictum ſuum in
16 publicatione dicit teſtis ſe ſic nō dixiſſe. †Vel pone quod tabel
lio legit citationem factā a precone, qui dicit predicta die ſe nō
citaſſe: nunquid ſtabitur dicto teſtis, vel preconis, ſiue tabello
nis. Dic quod ſtabitur ſcripture. Nam talis facit fidē ſine teſti-
bus, vt C. de don. l. in donationibus. in princ. ⁊ extra de ꝓba. c.
quoniam contra falſam. ⁊ ibi dicitur plene per Inno. Item po-
ne quod teſtis tulit falſum teſtimoniū de feriato quāuis ipſum
dictum non tenet, vt puta quia die feriato dixit, vt dictum eſt,
vtrum puniatur de falſo. Dic quod ſic. argu. C. de epiſc. audi. l.
ſi clericus. ff. ad leg. Cor. de fal. l. ſi quis legatum.

¶ De contrarietate teſtium, quid ſit tenendum.

CUm teſtes ſunt contrarĳ diſtingue. Aut
vnus teſtis contradicit ſibi expſſe, ⁊
eius teſtimonium non valet. iĳ. q. ix. puta. extra
de appel. c. ſolicitudinē. C. de lib. cau l. cū preci.
niſi hoc fecerit corrigendo ſe incōtinēti, extra de
teſti. cog. ꝓterea. Aut eſt falſus, ⁊ videt in nullo
valere, dixi ſupra, ⁊ eſt diſt. ix. c. ſi ad ſcripturas. Aut vnꝰ teſtis
cōtradicit pluribus, ⁊ tūc talis cōtrarietas nō obſtat, qꝛ teſtimo
niū vnius nō iuſtificat, nec dānat. xxxiĳ. q. ĳ. c. admonere. niſi cō
tradicat pluribus teſtibus, cū quibus ſcriptus eſt in vno inſtru
1 mento ff. quemad. teſta. aperian. l. j. in fine. ¶ †Sed quid ſi in ta
li inſtrumento ſunt tot teſtes, ꝙ ſine ipſo ſufficiunt, quamuis
vnus cōtradicat, nunquid talis contradictio obſtet: Et dic qd̄
non, vt not. in d. l. j. ſupra proxi. alleg. Si vero plures pluribus
ſubdiſtinguunt quidam, quia aut contradicunt teſtibus ex eadē
parte productis, ⁊ tunc nullius teſtimonium valet. iĳ. q. ix. nihi
lominus. iuncta gl. in verb. ſimul. ⁊ videtur hoc expreſſum extra
de probatio. cap. licet. ſicut quando diuerſe ſcripture ex eadem
parte producuntur, que ſibi contrarie ſint, ⁊ tunc nulla ex illis
2 valet, vt C. de fide inſtr. c. ſcripture. ¶ †Sed ſi contradicunt te-
ſtes partis aduerſe, preualet plurium teſtimonium teſtimonio
paucorum, niſi illi teſtes pauciores ſint meliores, vel magis ve-
riſimiliter loquantur. Hanc opinionem non approbo. Licet
enim teſtes eiuſdem partis contradicant, non dico caſu quod
eorum teſtimonia non valeant licet ita ſit in inſtrumentis: quia
inſtrumenta ſua poteſt quis preuidere an ſibi contradicāt. Vn-
de imputet ſibi ſi contraria exhibet inſtrumenta. Sed in teſti-
bus neſciunt quid dicturi ſint. Dic ergo, ꝙ ſi teſtes contradi-
cant teſtibus, ſiue ex eadem parte, ſiue ex aduerſa parte produ-
ctis primo concordabit iudex contradictionem illā ſi poteſt,
extra de teſtibus cum tu nli. in decrer. c. pericloſe. de peniten.
diſtinct. j. extra de verbo. ſignifi. nihil obſtat. Idem poteſt di-
de contrarĳs inſtrumentis extra de conſue. c. cum dilectus ni-
ſit manifeſta contrarietas iĳ. q. ix. c. nihilominus. xxxv. q. vj. de
parentela. Vbi ergo teſtes contrarĳ ſunt, teſtimonium plurium
preualet, niſi ex altera parte tanta ſit dignitas, quod merito de-
beat preiudicare numero, vel veriſimilia loquatur, vel niſi per
pauciores teſtes. plura probentur quam per plures. Exempli gra
tia plures teſtes probant me poſſediſſe rem per decem annos
pauciores probant te poſſediſſe per quadraginta annos, talem
rem preterea dicunt titulum poſſidendi, ⁊ dicemus valere te-
ſtimonium paucorum extra de proba. c. ex literis. hoc verum eſt
vbi teſtes de eodem tempore introducti ſunt. Si autem teſtes
ex vtraq. parte ſunt pares, ⁊ in numero, ⁊ in dignitate, tunc fer
tur ſententia pro reo extra de proba. c ex literis. ⁊ de fide inſtr.
inter dilectos. niſi in matrimonio, ⁊ ī cauſa liberali pro teſtamen
to, ⁊ in dote, extra de ſent. ⁊ re iud. c. ſi. Si autē neuter poſſide
ſed vterque petit rem ab extraneo, tunc ſi vtriuſque partis te-
ſtes ſunt pares, diuidatur res ſi poteſt: extra de preſumpt. c. af
ferte. ſi res eſt indiuidua: poteſt iudex gratificari: ⁊ dare cui vult
extra de paroch. c. j. vel res ſorte dirimitur. xxvj. q. ĳ. c. ſors non
3 eſt aliquid. ¶ †Si vero teſtes contradicunt inſtrumento. aut
contradicunt inſtrumento, in quo ſunt ſcripti, aut inſtrumento
in quo non ſunt ſcripti. ¶ Primo caſu preualent teſtes inſtru-
mento, extra de probationib. capit. iĳ. ⁊ de conſuetudi. capit. per
tuas. ff. quemadmo teſta aperian. l. j. in auth. de fide inſtrumen.
§. ſi vero tale aliquid. ¶ Secundo caſu dicūt quidam ꝙ ſemper
preiudicat viua vox mortue, in auth. de fide inſtru. §. ſi vero. col.
vĳ. Alĳ dicunt quod ſi factum eſt remotum ab hominum memo
ria potius credatur inſtrumento, quam teſtibus. Sed ſi factum
eſt certū, potius credatur teſtibus, tunc ideo: quia memoria vl-
tra annum non habetur. ff. de probat. l. ſi arbiter. tunc ideꝫ quia
teſtes conſueuerunt eorum fidem variare ex tractu temporis. ff.
de Carbonia. edic. l. iĳ. §. due autem. ſunt. verſicu. finge eſſe. ff. de
dam. in

4 dam.infec.l.qui bona.§.fin. †Ego credo, ꝙ cõtra inſtrumentũ
admittantur teſtes quantumcunqꝫ ſit publicum, extra de pſcr.
c.ad audientiam.C.de probat.l cum precibus.non tamen credo
quod teſtimonium duorum,vel triũ preualeat inſtrumẽto.Nam
cum inſtrumentum obtineat vicem duorum teſtium ⁊ preterea
tabellio equipollet,vel maior ſit vno teſte oportet ꝙ ad minus
reprobetur inſtrumentum per quatuor teſtes, extra de fide iſtr.
c.cum Joannes.Fallit tamen hoc in duobus caſibus,vbi videt,
ꝙ contra inſtrumentum non admittantur teſtes ſicut contra in
uentarium publice confectum non admittuntur teſtes. C. arbit.
tut.l.fi.⁊ in cõfeſſione,que fit a muliere in inſtrumẽto in quo con
fitetur ſe recepiſſe pecuniã pro interceſſione,vt l. antique. C.ad
5 Velleia. ℭ†Quero quid ſi vnus de collegio ferat teſtimonium
pro collegio,vel contra collegium,an tale teſtimoniũ valeat nec
ne: Dic quod ſic,vt not.ff.quod cuiuſque vniuer.l.item eorũ.§.
actor vniuerſitatis.Quero,quid ſi aliquis accuſatus eſt quod in
terfecit aliquem in quadã domo: teſtes producti ad probãdum
dictum maleficiũ probant, ꝙ dictum maleficium cõmiſſum fuit
ante dictam domum, vtrum ſit probatum: videtur, ꝙ ſic,vt ff.de
6 verb.oblig.l.qui ante Calendas. ℭ Quid† ſi teſtis dicat quem
vidiſſe tenuiſſe,⁊ poſſediſſe,⁊ neſcit qd ſit poſſeſſio,nũquid eius
dictũ valeat:⁊ ſi valet,de qua poſſeſſione videt ipſum probaſſe:
Sol.dic,quod eius dictum valet,⁊ videtur probare illam poſſeſ
ſionẽ ſuper qua introductus eſt, vt no.ff.de ver.obl.l.ſtipulatio.
7 iſta.§.hec quoqꝫ ſtipulatio.⁊ ibi p Dy. ℭ†Quid,ſi teſtis obſcu
re depoſuit in iudicio,p quo debet fieri interpretatio.dic p Dy.
extra de reg.iu.c.cõtra eũ.li.vj. Pone ſtatuto cauet,ꝙ ſi qs pro
duxerit teſtes falſos quod ſoluat certam penam, modo quidam
produxit vnum. Modo queritur vtrũ teneatur ad penam ſta
tuti.Dic,quod ſic.ff.de neg.geſt.l ait pretor.in princ.§.negotia.
8 ℭ†Item quero,ſi duo teſtes dicant quod quidam fundus va
let centum,⁊ non plus,duo dicant quod valet ducenta,cui dicto
ſtabimus: Dico,quod ſtabimus dicto duorum. Nam gloſ.in l.
diem proferre.§.ſi plures in verbo,conſenſerunt.ff.de arbitr.di
cit,quod plus creditur duobus aſſerẽtibus affirmatiuam quam
decem proponentibus negatiuam, quamuis contrarium ſit in
arbitris. Nam ſtatur dicto illorum, qui conſenſerunt in maiori
9 quãtitate.quãuis ſint pauciores in numero. ℭ†Quero,vtrum
teſtes producti ſuper vno articulo debeant ſuper alio interro
gari: Videtur, quod non,argumen.l.ſi quis libertatem.in fine.
ff.de pet hered.de iureiur.l.ſi duo §.fina.in fine. C.de ordi.cog.
l.ij.Sed contra facit,authent ſi teſtis productus.C.de teſtibus.
Sol.ibi interrogatur an ſit liber a natiuitate,vel non. Et dic de
10 materia iſta per Innoc.extra de teſtib.cap.per tuas. ℭ†Que
ro, pone quod ex familia alicuius vnus deliquit, dicit teſtis ꝙ
nomẽ delinquẽtis ignorat,ſed ſi videret,bene cognoſceret, vtrũ
dominus debeat totam familiam exhibere, vt teſtis poſſit reco
gnoſcere delinquentem: Dic quod ſic,ff.ad exhib.l.iij.§.ſi quis
norali.ff.de publican.l.cum ſi exhibuiſſent.§ ante autem.extra,
de teſtibus cap.cũ cauſam. Idẽ,ſi ſi aliquis erat in loco aliquo
⁊ vnus deliquit. Idem ſi aliquis cõmiſit maleficium,⁊ dum cõ
miſit erat indutus alijs pannis quam nũc ſit,quod debet ſe in
11 duere,vt teſtis eum cognoſcat. ℭ† Pone, quod teſtes falſum
teſtimonium dixerunt, corrupti pecunia, nunquid ſufficit alte
rum probare: Dic quod non.l.diuus.ff.de re iudica. quibus ex
cauſis i poſſeſſ.ea l.Fulcinus §.ij.⁊ §.quid ſit latitare. vi bono.
rapt.l.ij.§.dolo autem.⁊ §. ſequen.extra de proba.cap. licet illã
ad hoc ſe adſtrinxit,ex quo ſic limitate locutus fuit,vt ſupra di
cta iura probant. Secus ſi dicerem,quod teſtes falſum teſtimo
nium dixerunt,⁊ pecunia corrupti ſunt,quia tũc videor duo po
nere,⁊ ſufficit alterum probari.ff.de verborum ſignificat. l.ſepe.
12 §.cum vero dixit Pretor.⁊ per dictũ.c.ſ.alleg. ℭ†Quero,vtrũ
inſtãtia iudicij perẽpta,dicta teſtiũ perẽpta ſint. Dic,ꝙ aut in
ſtantia eſt perempta ante publicationẽ teſtiũ, ⁊ tũc dicta teſtiũ
perempta ſunt:nam poſtea non faciunt fidem. Aut inſtãtia per
empta eſt poſt publicationem teſtium,⁊ tunc dicta teſtium non
pereunt,vt not.Cyn.C.de iudic.l.properandum.§.ſi vero cauſe.
verſic.ſecũdo queritur. Quid ſi teſtis adijciat aliquid falſum
dicto ſuo,ſeu teſtimonio,vtrum totum ſuum dictum corrumpa
tur: Dic quod ſic,extra de regulis iuris.cap. defleat peccator.
ℭQuero,cum ſint quidam,qui non coguntur ferre teſtimoniũ,
vt ff.de teſtibus.l.inuiti. nunquid ipſis volentibus admittan
tur.Dic quod ſic,vt not.in glo fina.d.l proxi.alleg.in verbo,nõ
licet.in finalibus verbis. Quid ſi teſtis vnum dicit in vno iudi
cio,aliud in alio: Dic,quod quandoque teſtis variat in eadem
cauſa inter eaſdem perſonas, ⁊ tunc aut ſecundum dictum eſt
cum tormentis,⁊ ſtatur ſecundo,vt l.ſi poſtulauerit.§.ratio.ver
ſic.ſed ſi negauerit.ff.de adult.aut ſine tormẽtis,⁊ tunc aut dicit
animo corrigendi, ⁊ incontinenti, ⁊ poteſt, ⁊ valet ſecundum,
vt in authent.de teſtibus.§.quia vero in gloſſa magna, ⁊ extra,
de teſtibus.cap.ſicut.aut non animo ſe corrigendi, ⁊ tunc habe
tur,vt teſtis varians,⁊ punitur.l.eos.ff.de falſis. Quãdo teſtis
variat in iudicio ab eo, quod dixit extra iudicium, ⁊ tunc aut
primo teſtificatus eſt in iudicio, deinde contrarium dixit extra
iudicium,⁊ tunc ſtatur primo dicto.l. generaliter. C.de non nu
merata pecunia ⁊ d.cap.ſicut.aut dixit extra iudicium, deinde
dicit contrarium in iudicio ⁊ tunc punitur vt falſarius.d.l.eos.
§.reſpon.aut profert diuerſa ⁊ varia teſtimonia contra diuer
ſos ⁊ tunc punitur. d.l.eos. iij.reſpon. ⁊ iſta colliguntur ex di
ctis Bar.in d.l.eos.

Tractatus Jacobi Egidij,

De reprobatione teſtium.

1 ☞Teſtis infamis non admittitur.
2 Serui teſtimonium reprobatur.
3 Monachus,canonicus regularis,⁊ ſimiles, teſtificãtur in cau
ſis ſue eccleſie.
4 Fratres minores,⁊ predicatores,de licentia ſui ſuperioris teſti
ficantur,⁊ ipſis magis creditur.
5 Mulier non admittitur in criminalibus,in ciuilibus ſic.
6 Minor in criminalibus non admittitur.
Impubes teſtificatur de his que vidit in pupillari etate.
7 Furioſus ⁊ mente captus repelluntur.
8 Pauper admittitur ſed ei tanta fides non adhibetur.
9 Excommunicati,infideles,⁊ heretici repelluntur a teſtimonio.
10 Domeſtici,⁊ familiares repelluntur.
Uxor dicitur domeſtica.
11 Teſtes debẽt cũ iuro deponere,⁊ tale iuramẽtũ nõ põt remitti.
12 Teſtis in cauſa propria quis eſſe non poteſt.
Mõachꝰ p eccl'ia,⁊ illi de vniuerſitate p vniuerſitate teſtificãt.
13 Venditor pro emptore non teſtificatur.
Fideiuſſor pro debitore ſic.
Tutor,curator ⁊ ſimiles pro dominis non teſtificantur.
Aduocatus durãte aduocatiõe nõ teſtificatur, ſed ea finita ſic.
14 Teſtes ſingulares reprobantur.
15 Socij,⁊ conſortes,in cauſa communi non teſtificantur.
16 Particeps,⁊ ſocius criminum repellitur.
17 Teſtes obſcuri,⁊ ignoti repelluntur.
Iudex cogit teſtem dictum obſcurum declarare.
18 Teſtis,incontinenti poteſt dictum ſuum mutare in totum, vel
in partem,⁊ ſtatur vltimo.
19 Teſtis non reddens cauſam dicti non probat.
Iudex nõ iterrogans teſtẽ de cauſa dicti,tenet pti ad intereſſe.
20 Inimicus repellitur a teſtimonio.
2 Teſtis qui falſum dicit reprobatur.
22 Teſtificans corruptus pecunia repellitur.
23 Teſtis,qui celat veritatem,non probat.
24 Teſtis repellitur,ſi veriſimilia non deponit.
25 Teſtes deponentes per eundem premeditatumque ſermonem
non probant.
26 Reprobantur qui de diuerſis rebus deponunt.
27 Teſtes deponentes de diuerſis perſonis,reprobantur.
28 Reprobantur ratione male computationis graduum.
29 Teſtes deponentes de diuerſis locis non probant.
30 Teſtes iurantes ⁊ deponentes,in eccleſia reprobantur.
3 Teſtis vnus ſi dicit de vno tempore,alius de alio reprobãtur
Teſtis quando ſit interrogandus de tempore,⁊ an varietas in
tempore noceat.
32 Decima non probatur per teſtes, quorum vnus dicit de fabis.
alius de ciceribus.
33 Officium iudicis quale eſſe debeat,quando teſtes variant, ſiue
inter ſe,ſiue inter alios.
34 Teſtes dicentes vnum pro alio,vel pluribus dixerunt ſua teſti
monia,reprobantur,⁊ tanquam falſarij puniuntur.
35 Uſurarij ⁊ conſiſtentes in peccato mortali repellũtur a teſtimo
nio.num.58.in fine
36 Teſtis reprobatur ex illis cauſis,ex quibus iudex vt ſuſpectus
recuſatur.
Iudex propter quas cauſas ſuſpectus recuſatur.
3 Teſtes ſuper eiſdem articulis iterato recipi non poſſunt.
38 Teſtis qui alias protulit falſum teſtimonium,repellitur.
39 Teſtis qui contra me teſtificatus eſt,ſi modo per me pducitur,
repellitur.
40 Teſtes poſt didicita teſtificata repelluntur.
41 Teſtis ſi ſecrete ⁊ ſigillatim non depoſuit,reprobatur.
42 Teſtis qui non fuit receptus a iudice,vel ab alio de eius mãda

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN